



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

N. Segouiensis in Philippin. n. 46

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Quanti Son.  
cietatem  
faceret. Se-  
gouiensis  
Episcopus?*

*Inter cuius  
filios ena-  
merari at-  
denter ex-  
petit.*

*Quanti  
Eluacensis.*

*Eius inno-  
centia à  
Leodicensi  
Episc. con-  
tra impu-  
gnatores  
asserta.*

*Summa Ie-  
suiterum  
modestia.  
Peragen-  
tium sum-  
ma cum  
laude, que  
ad prox-  
imorum sa-  
lutem, &  
Dei gloriæ  
spectant.  
Summa eo-  
rum virtus,  
que vix  
posset expli-  
car.*

46. A SEGOVIENSI in *Philippinis*: Gratiam (*inquit*) mihi velim libenter indulgeri, vt P. Rector, & ceteri sanctæ huius Societatis Patres, & Fratres, me suo Cœtu fratrem adnumerare velint. Quod ergo beneficium quanta possūm animi contentione efflagito. Ego vero quoad potero viribus omnibus conabor, vt illius Societatis sanctas constitutiones, ac leges religiosissimè obseruem. Quidquid denique à vobis speciatim erit nobis impositum, obsequenter effectum dabimus. Tua porro singularis erga nos benevolentianon patitur dubitare, quin filij, & fratrī loco in vestra Societate enumeremur, & re ipsa simus. Ita amantissimus Societatis Presul. in Annal. Soc. ann. 1612. fol. 147.

47. AB ELVACENSI in *Germania Superiore* afferente, Vbi Pontificium Tribunal sibi decerneretur, Sedem quoque Societati omnino futuram. Tanta illi erat Societatis existimatio : tantus erga eam amor. Ita in Annal. Societ. ann. 1613. fol.

240.

48. A LEODICENSI, Sic Nos aduersus criminantes, propugnante: Alieno vel iudicio, vel auctoritate, nil sibi opus esse in Societatis astimanda innocentia, cuius à puerō, quam exploratissimam haberet probationem. Ibid. fol. 354.

49. A IOANNE DE VALDES, Archiep. *Nouæ Cantabriæ*, & *Gallecia* in *Regno Mexicano* Epist. ad P. Prouin. Soc. que sic se habet: Et mei Officij ratio, & summa Patrum, qui in his oris versantur, modestia, & singularis, quam ex eorum colloquijs percepi, voluptas postulat, vt cum vestra Paternitate ea communicem, quæ à Societatis hominibus vere Religiosis in his vltimis terræ angulis ad Dei gloriam, proximorumque utilitatem, summa cum laude peraguntur. Ego vero de me ipso hoc affirmare possum, adeò me eorum familiaritate fuisse recreatum, vt longissimi, eiusdemque difficillimi itineris molestijs non grauarer, vt horum Patrum religiosissima, & omni ex parte perfectissima fruerer consuetudine. Ea de illorum summa virtute cognoui, quæ vix credi, scribi certe, aut explicare